HIERONYMUS
um 836/859 Seite 202r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





ne enim & multa consideratione uultus
opus est. ut quae dicuntur nosse possemus se
cundum illud apostolicum. nos autem omnes reuela
ta facie gloriam domini contemplantes in eandem
imaginem reformamur a gloria in gloriam. quasi
a domini spiritu. Igitur iudaei & nostri iudaizantes pu
tant gog. gentes esse scythicas inmanes & innu
merabiles quae trans caucasum montem & meotin
plaudem & propter caspium mare ad indiam usque
tendantur. & has post mille annorum regnum esse
a diabolo commouendas quae ueniant in terram israel
& pugnent contra sanctos multis secum gentibus con
gregatis. primum mosoch quos iosepphus inter
praetatur capadoces. de inthubal. quos idem
hiberos. uel hispanos hebraei italos. suspicantur.
habentes secum in exercitu persas aethiopas &
libras. gomer quoque & thogorgama. quos ga
latas & phrygas interpraetantur. sabaeos quoque & dedan
& carthaginenses siue tharsis & hoc esse quod
iohannes quoque in sua ponit apocalypsi & cum
finiti fuerint mille anni soluetur satanas de custo
dia sua. & egredietur ut seducat gentes in quattuor
angulis terrae gog & magog. ut congreget eos